



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas  
Psalmorvm Decades**

**Luther, Martin**

**Basileae**

**VD16 L 5540**

Michtham Dauid.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37005**

M A R . L V T H E R I O P E R A T I O  
 P S A L M V S Q V I N T V S D E  
 cimus, hebraicis sextusdecimus  
 Michtham Dauid.

N O M E N hoc, Michtham, uarie tractatuſt. Antiqua, iuxta Augustinum  
 habet tituli inscriptio, q̄ eadem dicitio hebraica **מִתְחָם** Chethem, etiam signo-  
 cet notam uel signum, inde Michtham, signatum, notarum sine uero in-  
 ptum, ad titulum autem crucis id referri, & si pium est coactum tamen, eff.  
 Hieronymus duabus dictionibus uelut etymologisans, reddit, humilis & sim-  
 plicis Dauid, Lyra facit ex ipso nomen cantilenas decentioris, cuius senten-  
 mihi omnium magis pene probatur. Nam Burgensis eruditus Hieronimus  
 tentiam reprobat. Ipſe uero Burgensis, dicit hoc uocabulo, aurum uel auro  
 significari, q̄ Cantic. v. dicitur: Caput eius aurum optimum, propinquo  
 litera Mem, fit Michtham, id est ex auro uel aureo. Dicitq; eo significari pia-  
 nem Christi, qua hoc psalmo canitur.

Ex omnibus ijs adiutus, opinabor interim Michtham esse nomen plimi  
 huius, sic enim iuxta autoris cuiuspiam nomē, solet ponere nōmē psalmi quo,  
 ut canticum Dauid, psalmus Dauid, testimonium Asaph, intellectus Dauid  
 & similia, sicuti uidimus & uidebimus. Ita hic, quia insignis est psalmus his  
 de insigni materia, nempe Christo omnium, capite tractans, noluit commun-  
 sed insigni nouo & blando uocabulo eum insignire & appellare Michtham  
 Dauid, quasi diceret, aureolum Dauid. Sic Lyra & Burgensis in anagram-  
 unt sententiam, quam utiq; ex hebraicis fontibus hauserunt. Sant' auer. lex in  
 in uniuersum psalmi hoc titulo insignes: Hic quintusdecimus. & quinq; page-  
 sumus quintus, cum quatuor sequentibus. Verum illi multa alii in aliis suis  
 habent, hic utpr̄ omnibus singularis, simpliciter Michtham vocant. Neq;  
 enim nullus alius tam clare de passione & resurrectione personali Christi loqui-  
 tur, unde & Apostoli hūc psalmum, p̄r̄ omnibus ferme scripturis, allegat ad  
 confirmandam resurrectionem Christi, ut Actuum. ij. &. xij. legimus. Vii  
 Petrus dicit, Quem deus suscitauit solitus inferni doloribus, iuxta quod  
 possibile fuit teneri eum ab illo. Dauid enim in eum dicit; Proinde domi-  
 minum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commoue-  
 ar, propter hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insperat e-  
 ro mea requiescat in spe: Quoniam non derelinques animam meam in infer-  
 no, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. Notas mihi fecisti uias vi-  
 ta, replebis me iucunditate cum facie tua, delectationes in dextera tua usq; in  
 finem. Ex his facile patet sensus totius psalmi, nec nostra indiget, quantum  
 ad summam sententiaz pertinet, interpretatione, sed magis fide & emulatio-  
 ne, ut quem sancti Apostoli per spiritum sanctum interpretati sunt clare,

*Note articula-*  
*tum fidei no-*  
*tre.* Descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis; Venerum sit, aucto quon-  
 dam fuisse magni nominis Theologos negare, eum articulum in sacris literis  
 inueniri, quo ad eius priorem partem, descensum scilicet ad inferos.

Contra

CONF